



5 hft.

B. 110.





76 5

OBSERVATIONVM PHILOLOGICARVM  
AD  
CLAVDII MAMERTINI  
PANEGYRICVM GENETHLIACVM  
MAXIMIANO AVG. DICTVM

PARS QVARTA

QVAM

*SVB PRAESIDIO*

CHRISTIANI GOTTLIB. SCHVVARZII  
COM. PAL. CAES. ACAD. ALTORF. SENIORIS ET P.P.

II MART. A. S. R. CI<sup>O</sup>IO CCXXXXVIII

*IN CIRCVLO ACADEMICO EXCVTIENDAM  
PROPONIT*

AVGVSTVS MARTINVS LVDVVIG

NORIMB.

PHIL. ET S. S. THEOL. CVLTOR.

---

*ALTORFII NORICORVM*  
TYPIS IO. GEORGII MEYERI ACAD. TYPOGR.

501



OPERTINONVM FIDELIORVM

AD

CLAVDII MAMERTINI

PANEGYRICVM GENETHLIVM

MAXIMIANO AVG. DICTVM

PARS QVARTA

DE

SVM PRINCIPIS

CHRISTIANI GOTTFR. SCHWARZII

COM. PAB. CAES. ACAD. ALTON. SENIORIS ET BR.

INSTIT. ET A. EPISCOPALIS

IN GIESSEN ACAD. EMERIT. EXC. P. B. M.

EXC. P. B. M.

AVGVSTVS MARTINVS FVDVIG

NOTVS

PHIL. ET A. P. B. M.

ALTON. NORICORVM

TISSIS IO. GEORGII MYHRI ACAD. TYPOG.





*VIRO SUMME REVERENDO ATQVE EXCELLENTISSIMO*

DOMINO

**GVSTAVO PHILIPPO MOERLIO**

VENERANDI MINISTERII NORIMBERGENSIUM ANTISTITI  
ET AD D. SEBALDI PAST. MERITISSIMO  
THEOL. MORAL. ET GEOGR. PROFESSORI CELEBERRIMO  
ET REIPVBL. PATR. BIBLIOTHECARIO FIDELISSIMO

ITEMQVE

*VIRIS PRAENOBILISSIMIS ET PERQVAM STRENVIS*

DOMINO

**ANDREAE MARTINO PFLVGERO**

IVDICII ET AERARII MERCATORII ASSESSORI  
SPECTATISSIMO

ET

DOMINO

**IOHANNI SVNDERSBERGERO**

IVDICII ET FORI MERCATORII ADIVNCTO DIGNISSIMO

NEC MINVS

*VIRO NOBILISSIMO ET STRENVVO*

DOMINO

**GEORGIO IACOBO KISLINGIO**

MERCATORI FLORENTISSIMO

*PATRONIS ET FACTORIBVS SVIS*

MAXIMOPERE VENERANDIS OBSERVANTISSIMEQVE  
COLENDIS



LEGATORVM KRAVSSIANORVM  
INSPECTORI ET DISPENSATORIBVS BENIGNISSIMIS  
VALETVDINEM INTEGRAM VITAMQVE LONGAEVAM  
ET QUIDQVID FELICITATIS EXPETI VOTIS POTEST

A

DEO OPTIMO MAXIMO

PIE COMPPRECATVS

HANC STVDIORVM ACADEMICORVM  
EXERCITATIONEM

EA QVA PAR EST OBSERVANTIA

OFFERT ATQVE DEDICAT

*EORVMQVE PATROCINIO AC BENEFICENTIAE*

SE ET SVA LITERARVM STVDIA

DEMISSE DECENTERQVE COMMENDAT

VENERANDORVM NOBILISSIMORVMQVE  
NOMINVM

*CULTOR OBSTRACTISSIMVS*

AVGVSTVS MARTINVS LVDVVIGIVS.



CAP. XI. Quid illud, dii boni! quale pietas uestra spectaculum dedit, cum in Mediolanensi palatio admissis, qui sacros uultus adoraturi erant, conspecti estis ambo, et consuetudinem simplicis uenerationis geminato

CAP. XI, I.) 169. In Mediolanensi palatio admissis. Codex noster habet, *palatium*; unde putes, fortasse legendum esse? in *Mediolanense palatium admissis*. Sed nihil inuouamus. Firmicus Maternus: *Aut fient, inquit, domus regiae ianitores, uel tale illis officium deputabitur, ut iis in palatio admissis uel salutandi officia credantur*. Non temere quiuis ad Principes admittebantur; hinc, inter officia palatina, siue aulica, extitit *officium admissiois*, manaruntque *admissionales*, *magister admissiois*, et *admissionum proximi*; de quibus plura annotarunt, Lipsius ad Tacitum, *lib. VI Annal. cap. 9*; Gutherius, *de officiis domus augustae, lib. III, cap. II*; et Bulenger, *de Imperatore Rom. lib. II, cap. 22*. *Palatium* uero pro domo regia poni, obuium est: nam, secundum Dionem Cassium, *lib. LIII, pag. 507*, iam domus Romuli *Palatium* dicebatur a monte Palatino, in quo esset aedificata. Imperatorum aeuo, ubicunque Imperator habitabat etiam extra Romam, locus ille *palatium* dici coepit, docente eodem Dione Cassio, l. c. Cuius generis multa palatia recenset Fritschius, in *comment. ad leg. un. Cod. de Palat. et domibus dominicis, cap. 4*.

170. *Consuetudinem simplicis uenerationis g. n. r. t.* Hinc intelligimus, uti deorum cultores singulos deos ad aras, ipsis proprias, uenerati sunt; ita plerumque singulis



2. nato numine repente turbastis! Nemo ordinem numinum solita secutus est disciplina; omnes adorandi mora restiterunt, duplicato
3. pietatis officio contumaces. Atque haec quidem uelut interioribus sacrariis operta ueneratio eorum modo animos obstupescerat, qui.

Augustis quemuis admissum sigillatim praestitisse cultum suum: quam consuetudinem simplicis uenerationis tunc turbasse, aut impediisse, dicuntur Imperatores, Diocletianus et Maximianus, cum ambo simul se Mediolanensibus adeuntibus obtulissent.

2) 171. *Nemo ordinem numinum solita secutus est disciplina.* In duobus Augustis uenerandis is ordo ex more obseruatus uidetur, ut prius Augustum seniore, deinde Augustum iuniorem, aut Caesarem, si hic adesset, uenerarentur admissi: quam uero disciplinam tunc, prae gaudio, et nimio cultus testandi studio, a nemine seruatam esse, inuit Mamertinus.

172. *Restiterunt, duplicato pietatis officio contumaces.* h. e. Substiterunt perseverantes; quia utrumque Imperatorem simul adorantes finem non faciebant; ab hoc ad illum, ab illo ad hunc, se conuertentes. Cellarius. Verbum, *resistere*, hoc loco, pro *consistere*, seu *subsistere*, et *remorari*, ponitur. Qua notione etiam usus est Plinius, cap. XXI, 3: *Iam te providentia deorum primum in locum prouexerat; tu adhuc in secundo resistere, atque etiam senescere, optabas.* Similiter Iul. Caesar, de bello civili, lib. II, cap. 35: *Ille saepius appellatus adspexit, ac resistit, et, quis esset, aut quid uellet, quaesivit.* Sic et uox, *contumaces*, hic in laude



quibus aditum uestri dabant ordines dignita-  
tis: ut uero limine egressi per mediam ur-  
bem simul uehebamini, tecta ipsa se, ut  
audio, paene commouerunt; omnibus uiris,  
feminis, paruulis, senibus, aut per fores in  
publicum proruentibus, aut per superiora  
aedium

de ponitur, quasi perseverantes, cultumque diutius ac cum  
*παρρησία* erga Imperatores continuantes. Pariter Quinctili-  
ano, *declam.* II, 5, dicitur *innocentiae contumacia*, quae  
nempe non a superbia, aut contemptu superioris, sed fidu-  
ciae amorisque magnitudine, ducitur.

173. *Quibus aditum uestri dabant ordines dignitatis.* i. e.  
quibus scilicet in dignitate, siue urbana, siue militari, con-  
stitutis permittum erat ingredi in palatium, et adire Impera-  
tores. *Patarol.* Non enim, quod iam diximus, cuius  
temere licuit adire Principes in palatio; sed Principes alias  
constituerant quasi certos gradus eorum amicorum et clientum,  
quos admitterent, qui in primas, et secundas, ter-  
tiasque admissiones, digererentur. De quo more sui aeuu  
queritur Seneca, *lib. VI de benefic. cap. 33.*

174. *Tecta ipsa se, ut audio, paene commouerunt.*  
Eodem fere modo locutus est auctor incertus panegyrici Con-  
stantino Aug. dicti, *cap. 19: Tecta ipsa, ut audio, com-  
moueri, et altitudo culminum uidebatur attolli, quacunque  
numen tuum tardo molimine currus inueberetur. etc.*

175. *Per superiora aedium limina.* Quae hic limina?  
An, *culmina?* Acidalius. Forte, *lumina?* i. e. fenestras,  
*συμπεδοχικος.* Liuineius in margine libri. *Miror, cur  
istud*



4. aedium limina imminentibus. Clamare omnes prae gaudio, iam sine metu uestri, et palam manu demonstrare: VIDES DIOCLETIANVM?

*istud alii mutant in lumina? Alterum et iucundius est, et huic loco aptius. Si momenta rationum ualent, illud, lumina, uix toleret animus poetice positum. Gruterus. Limina tuetur Gruterus, per epitheton, superiora, satis ab infimo limine distincta. Cellarius. Scilicet existimarat Acidalius, limina duntaxat in inferiore parte aedium habere locum: cum tamen et interiora essent limina; Virgil. lib. III Aen. u. 645; et alta; Idem lib. XI Aen. u. 235: cum ueteres etiam in solaria, et pergulas, per limina ingrederentur.*

4) 176. *Maximianum uides? Nonnulli libri ita haec uerba prodidere: Vides Diocletianum Maximianumque? Vides? Sed sequimur scripturam codicum ueterum; quam etiam probauit Gruterus: est enim pro ratione abrupte loquentium aptior.*

177. *Pariter sunt. i. e. una sunt. Sic Sigonius, lib. I de occidentali imperio, pag. 16, cum hunc Mamertini locum excitat, nescio, utrum ex uetere codice, an ex ingenio, haec uerba refert: Ambo sunt; una sunt. Ita et Cicero, lib. VII ad Attic. epist. 10: Si in Italia Pompeius consistit, erimus una. Sed, tacentibus nostris codicibus, tuemur lectionem uulgatam, cum etiam Quintilianus, Declam. V, 3, ita scripserit: Visus sum mihi magis habiturus utrumque filium mecum, si pariter essent.*

178. *Quam iunctim sedent! Putecolanus, Rhenanus, Nauius, Duacensis, et H. Stephanus, euulgarunt: Quam iniuncti sedent! Noster codex, et alter Gudii liber, et Cuspiniani*



NVM? MAXIMIANVM VIDES? AMBO SVNT; PARI-  
TER SVNT: QVAM IVNCTIM SEDENT! QVAM CON-  
CORDITER COLLOQVNTVR! QVAM CITO TRANS-  
EVNT!

piniani editio, exhibent: *Quam iuncti sedent!* Etiam Aci-  
dalius monuit: *lege, quam iuncti sedent, ut supra, iunctis,*  
*pro inuictis.* Praeterea, teste Grutero, Bongarsius et Pu-  
teanus, hic maluerunt, *iuncti*: at uero *iunctim*, quod no-  
tauit Liuineius, diserte nidulatur in codice Bertiniensi; quod  
huic loco aequae conuenit. Itaque hoc iam prodidere, Gru-  
terus, Parisiensis, Cellarius, et Patarol; idque bene: quia  
sic Mamertinus pariter loquitur per aduerbium, *quam iunctim*  
*sedent*; ac mox in sequentibus, *quam concorditer colloquun-*  
*tur.* Neque est, quod hoc aduerbium putemus prorsus inu-  
sitatum. Certe Suetonius, in *Tiberio, cap. 9*: *Magistra-*  
*tus et maturius inchoauit, et paene iunctim percurrit quaestu-*  
*ram, praeturam, consulatum.* Gellius, *lib. XII, cap. 8*:  
*Fors fuit, ut apud eandem mensam duo illi, P. Africanus*  
*superior, et Tib. Gracchus, iunctim locarentur.*

179. *Quam concorditer colloquuntur.* VI Igo editum  
est, *eloquuntur.* Inde quidam, ad priorem M: mert: ni pa-  
negyricum, *cap. VIII*, etiam comprobant illud, *eloquium*;  
pro quo uero alii codices habent, *colloquium*; alii, *o sequi-*  
*um.* Nos hic amplexi sumus, *colloquuntur*; quoniam hoc  
uerbum in codice nostro diserte exprimitur, idemque in utro-  
que Gudii libro deprehendimus, atque e codice Bertiniensi  
annotauit Liuineius, laudauitque Puteanus. Praeterea ipse  
Mamertinus mox *quotidiana* horum Imperatorum *colloquia*  
memorat.



5. EVNT ! Nemo studio suo par fuit oculis ad intuendum : dumque uos alterna cupiditate mirantur , neutrum satis uidere poterunt.

CAP. XII. Ipsa etiam gentium domina, Roma, immodico propinquitatis uestrae elata

5) 180. *Nemo studio suo par fuit oculis ad intuendum.* i. e. secundum Baunium , nemo pro desiderio suo satis uos intueri potuit. Mire placet coniectura Liuineii , qui haud paullo concinnius e uestigiis scriptae lectionis suspicatus est legendum esse : *nemo studio , nemo par fuit oculis ad intuendum* ; quanquam nesciamus , an hanc coniecturam satis adiuuet pronomen , *suo* , in Liuineii codice uetere omisum ? Nondum adeo audemus damnare lectionem uulgatam ; quae nihilo minus ita explicari possit : nemo omni studio conatuque suo par fuit suffecitque oculis ad intuendum. Sic fere Cicero , *lib. III in Verrem , cap. VIII : Fingite uobis , si potestis , aliquem , qui in omnibus istis rebus par ad omnium flagitiorum nefarias libidines esse possit.*

CAP. XII , 1.) 181. *Gentium domina.* Martialis , *lib. XII , epigr. 8 : Terrarum dea gentiumque Roma.* Cellarius. Mendum est , cum in antiquis quibusdam editionibus legitur , *in modico* , pro *immodico*.

182. *Vosque e speculis.* Cellarius , pro , *uosque* , edidit , *usque* : perplacet haec uarietas ; sed , cum in omnibus libris ante Cellarium excusis , qui nobis innocuere , et in codice nostro MS. uulgata lectio inueniatur , eaque locum habe-



ta gaudio, uosque e speculis suorum montium prospicere conata, quo se uultibus uestris propius expleret, ad intuendum conatus, quantum potuit, accessit. Lumina si-  
quidem senatus sui misit, beatissimae illi per eos dies Mediolanensium ciuitati similitudinem

habere possit, nullam huius mutandae necessitatem uidemus; maxime cum constet, Cellarium haud usum esse codice MS. Mamertini.

2) 183. *Lumina senatus sui. i. e.* Senatores praecipui; nisi mauis intelligere Consules. *Patarol.* Sic etiam Cicero, III *Catil. cap. 10*, insignes clarosque uiros reipublicae uocauit *lumina ciuitatis.*

184. *Ciuitati similitudinem maiestatis suae impertiens. i. e.* Roma, gentium domina, misit ad uos Mediolanum praecipuos quosdam senatores; cum illi Mediolanensium ciuitati similitudinem maiestatis suae non inuideret, sed indulgeret potius, et impertiret, ut et ibi propter aduentum et praesentiam Imperatorum tunc sedes imperii esse uideretur. *Paria* dixit Mamertinus, in *panegy. I, cap. XIII, 3*, de ciuitate Treuerorum, ubi tunc Maximianus se tenebat: *Interim tamen te, gentium domina, quoniam hunc optatissimum Principem in Gallis suis retinet ratio reipublicae, quaesumus, si fieri potest, ne huic inuideas ciuitati (Treuerorum,) cui nunc ille similitudinem maiestatis tuae confert, natalem tuum diem celebrando in ea, consuetudine magnificentiae tibi debita.*

R

185. *Ibi*



nem maiestatis suae libenter impertiens, ut  
 3. ibi tunc esse sedes imperii uideretur, quo uter-  
 que uenerat Imperator. Interim tamen, dum  
 mihi ante oculos pono quotidiana uestra col-  
 loquia, coniunctas in omni sermone dexteras,  
 ioca seriaeque communicata, obtutu mutuo  
 trans-

185. *Ibi tunc esse sedes imperii uideretur.* Nam ibi  
 Roma, ubi Imperator est: quod Pompeianus Commodo in  
 Pannonia dixit, ἐκεῖ τε ἡ Ρώμη, ὅπῃ ποτ' ἂν βασιλεὺς  
 ἦ. Herodianus I, 6. Cellarius.

3) 186. *Ioca seriaeque communicata.* Sic summa ami-  
 citia et familiaritas describitur. Cicer. lib. II de finibus, cap.  
 26: *Quicum ioca, seria, ut dicitur; quicum arcana; qui-  
 cum occulta omnia.* Quintilianus, declam. CCCVII: *Amicus  
 illi fuisti: cum illo tibi seria ac ioci.* Plinius lib. II epist. 13:  
*Cum hoc seria, cum hoc iocos, miscui; quid enim aut illo fide-  
 lius amico; aut sodale iucundius.* At uide, quid monstri ex  
 his uerbis effinxerint librarii in codice nostro: *O Caesarea-  
 que; quasi legere debeamus, omnia Caesareaque communicata.*  
 Non difficulter tamen uestigia quaedam uulgatae lectionis in  
 his animaduertes.

187. *Transacta conuiuia.* In nostro codice, et, no-  
 tante Liuincio, in duobus aliis, exaratum est, *transacta  
 conubia*; quod quidam ad connubia Caesarum referendum  
 putarunt; sed bene idem Liuineius, in notis: *Scio, inquit,  
 Diocletianum creato a se Caesari Galerio Maximiano Armen-  
 tario filiam suam Galeriam; Maximianum A. Constantio, iti-  
 dem suo Caesari, Theodoram priuignam, in matrimonium collo-  
 casse,*



transacta conuiuia ; illa me cogitatio subit,  
 quam animi magnitudine ad reuifendos  
 exercitus uestros discefferitis, pietatemque ue-  
 stram utilitate reipublicae uiceritis. Qui 4  
 tunc uestri sensus fuere ? qui uultus ? quam  
 impatientes ad dissimulandum indicium per-  
 turba-

*caste ; sed non haec sunt huius temporis et congressus. Itaque  
 connubia damno.*

188. *Pietatemque uestram utilitate reipublicae uiceritis.*  
 i. e. amorem mutuum et desiderium una uiuendi posthabue-  
 ritis utilitati publicae, ita, ut fructu diutini congressus ue-  
 stri et suauissimae consuetudinis aliquandiu carere, quam cu-  
 ram utilitatis publicae seponere, malueritis.

4) 189. *Quam impatientes ad dissimulandum etc.*  
 Perperam in quibusdam libris legitur, *patientes*, pro, *im-  
 patientes*. Oculi autem *impatientes ad dissimulandum indicium  
 perturbationis*, dicuntur, qui, quamuis uelint, aut debe-  
 ant, non tamen, prae affectus magnitudine, possunt dissi-  
 mulare atque occultare mentis tristioris argumentum, ac per-  
 turbationem animi, ex discessu ortam ; utpote quam crebro  
 respectantes, siue retro inuicem spectantes, facile prodant.  
 Nam, quod Cicero ait, *lib. I de legibus, cap. 9 : Oculi  
 nimis arguti, (i. e. prope loquaces, ut digiti arguti,) quem-  
 admodum animo affecti simus, loquuntur. Atque idem,  
 lib. III de legibus, cap. 59 : Imago animi uultus est ; indices  
 oculi : nam haec est una pars corporis, quae, quot animi  
 motus sunt, tot significationes et communicationes possit efficere.*  
 etc.



turbationis oculi? Respexistis profecto saepius: neque haec de uobis uana finguntur. Talia uobis dedistis omina, cito ad conspectum mutuum reuersuri.

CAP. XIII. Facilis est mihi transitus, sacratissimi Imperatores, ab hac pietatis uestrae laude

190. *Talia uobis dedistis omina.* i. e. tales uobis dedistis significationes, et certa animi indicia. Perperam quidam ediderunt, *omnia*; cuiusmodi confusionis horum uocabulorum non pauca constant exempla.

CAP. XIII, 1.) 191. *In manu uestra est.* Modus loquendi apud bonos auctores frequentissimus, pro eo, quod est, *penes uos est.* Tullius, *lib. VIII, ep. 6: Hunc cum uelis obligare, in tua manu est.* Idem *lib. XIIII, ep. 2: Verum haec non sunt in nostra manu.* Nihil necesse est alia Tullii, Terentii, et aliorum exempla, huc congerere. *Jacob. de la Baune.*

2) 192. *Quia totius mundi funguntur officiis.* Credimus, Mamertinum uoluisse dicere, solem et lunam toti mundo ministrare, et sua praestare officia; prout Propertius, *lib. II eleg. XXII, 435, dixit: coelo modo sol, modo luna, ministrat;* contra Ouidius, in fabula Phaetontis, *lib. II Metam. u. 385: Sol negat officium mundo.* Verum, sic quodammodo obscurius loquitur Mamertinus, cum Iulianus dicitur: *quia per totum mundum, siue erga mundum, suis funguntur officiis;* nisi putes, Mamertinum *ἐπιμελεῖσθαι*, et mundum habere pro deo, cuius uicibus et partibus fungantur,



laude ad praedicationem felicitatis. Hoc enim ipsum felicitatis est, quod, ut conspiciere uos inuicem complectique possitis, in manu uestra est. Solem ipsum, lunamque, cernimus, quia 2.  
totius mundi funguntur officiis, non nisi post multa saecula certa lege temporum conuenire:  
uestra

tur sol et luna; uti Plinius maior, *lib. II hist. nat. cap. III*, dixit, *Solem mundi esse totius animum ac planius mentem, hunc principale naturae regimen ac numen credere decere*. Seneca ad Marciam, *cap. 18*, dicit, *mundum indefatigata coelestium officia uoluere*. Ceterum Luineius pro particula, *quia*, forte pronomem, *qui*, reponendum putauit; sed nulla opus est correctione; cum Mamertinus his uerbis rationem reddere uoluisse uideatur, cur sol et luna non nisi post multa saecula conueniant.

193. *Post multa saecula - - conuenire*. Lunam et solem interdum conuenire oportet; siquidem lunae orbis solem interfecat in duobus punctis, quae lunae nodi appellantur; tuncque est eclipsis solis, cum luna in iis punctis inuenitur. Quia autem illa ipsa puncta sunt mobilia, raro fit, ut in eodem coeli puncto haec duo sidera conueniant. *Iac. de la Baune*. Ergo Mamertinus, quantum iudicare possumus, uel non nisi accuratissimam Solis et Lunae conuentionem in alterutro nodorum, quae omnino rarissime accidit, in animo habuit, tanquam legum astronomicarum peritus; uel curriculum alicuius anni maioris respexit; de cuiusmodi *annis magnis uaria* tradidit

R. 3.

Censo-



uestra tam libera est et beata maiestas, ut in  
 summis rebus generis humani nihil uobis ne-  
 3. cesse sit, nisi uestrae parere pietati. Ceterum,  
 si quis ad humana respiciat, quanto magis  
 magnitudo uestrae felicitatis appareat? Ho-  
 mines priuatis rebus intenti ita plerumque  
 pro-

Censorinus, de die natali, cap. XVIII. u. g. *Est prae-  
 terea annus, quem Aristoteles maximum potius, quam ma-  
 gnum, appellat; quem Solis, Lunae, uagarumque quinque  
 stellarum orbis conficiunt, cum ad idem signum, ubi quondam  
 simul fuerunt, una referuntur.*

194. *Vestra tam libera etc.* Quidam libri habent,  
 tamen, ita quidem, ut uel excludant illud sequens, tam, uel  
 utramque particulam coniungant: *uestra tamen tam libera etc.*  
 uerum, cum tamen ortum uideatur ex tam, illud tamen  
 haud inuici dimittimus.

195. *Nisi uestrae parere pietati.* i. e. uestra tam libe-  
 ra est maiestas, ut nihil uobis necessarium sit, nisi obsequi  
 instinctui pietatis uestrae, et amoris mutui.

196. *Appareat.* Malimus legere, *apparet*; nisi, *ap-  
 pareat*, per modum potentialem, qui cum interrogatione con-  
 iunctus aliquid futuri sapit, explicetur, *apparere queat.*

197. *Vt omnino uacent aditusuorum.* Hanc lectionem  
 omnes editores, qui nobis innotuere, hucusque excuden-  
 dam curarunt, praeter unum Cellarium. Ea uero satis con-  
 gruit sententiae oratoris, si uerbum quidem, *uacare*, pro  
*carere*, accipias, uti e. g. Liuius dixit, *armis et milite uaca-  
 re.* Id uero Mamertinus uoluit dicere: Priuati homines re-  
 bus



propriis difficultatibus implicantur, ut omnino uacent aditu suorum. Vos, tanta reipublicae administratione suscepta, quos huc atque illuc tot urbes, tot castra, tot limites, tot circumiecta Romano imperio flumina, montes, litora, uocant, tantum animis ac fortuna uale-

bus suis intenti plerumque tot tantisque negotiis et difficultatibus impediuntur, ut, dum nolunt rei suae familiari aliquid impendii afferre, uacent, i. e. careant, aditu amicorum suorum, eosque occupati non facile admittant: Vos Imperatores e contrario, inter incredibiles imperii curas atque expeditiones, tantum animis ac fortuna ualeatis, ut in unum conuenire possitis, nihilo minus orbe securo, et sine detrimento reipublicae. Primus, saltem in notis, hanc lectionem in dubium uocare ausus est Valent. Acidalius, qui aduerbium negandi his uerbis ita inferendum existimauit: *ut omnino non uacent aditu suorum.* Gruterus, pariter in notis, de hac correctione ita sentit: *Immo contra fit: occupati non admittimus promiscue omnes. An fuit primitus: ut minime uacent aditu.* At Gruterus fortasse scribere uoluit, aut certe debuit: *ut maxime uacent aditu suorum.* Cellarius uero primus in contextum recepit Acidalii coniecturam; *ut omnino non uacent aditu suorum.* Verum haec lectio locum habere non potest, nisi quis statuat, uerbum, uacare, tunc poni pro nauare, siue operam dare, adeoque sic casum sextum nominis, aditu, in tertium, aditui, mutandum esse. Vtunque uero est, particula negandi, non, nullius antiquioris codicis suffragio adiuuatur. Vnde et Patarol recte

recte-



5. ualetis, ut in unum conuenire possitis, nihilominus orbe securo. Neque enim pars ulla terrarum maiestatis uestrae potentia caret, etiam cum ipsi abesse uideamini.

CAP.

retinuit lectionem uulgatam; quam etiam in codice MS. diui Marci inuenit. Sed reticere non possumus, in nostro codice aliam uarietatem, eamque primo adspectu satis monstruosam, deprehendi, in qua tamen uerior lectio latere posse uideatur. Legimus enim ibi: *ut omnia euocarent aditu suorum*. Quam lectionem etiam Liuius in codice Bertiniensi, et Gudius in altero libro, neque minus Claud. Puteanus, annotarunt. Inter quos Puteanus e uestigiis huius corruptae scripturae sic legit: *ut omni aeuo careant aditu suorum*. Illud, *omni aeuo*, minus placet; potuit enim ex uoce, *omnino*, nasci, si rudis librarius ultimam syllabam *no*, pro *uo*, habuit, eamque sequenti uerbo aptauit. Nos itaque potius ex illa deprauata scriptura haec eruamus uerba: *ut omnino careant aditu suorum*. Ille uero *carere aditu aliorum* recte dici potest, qui non facile potest, aut se non patitur, adiri: prout dixit Ouidius, *lib. III Metam. u. 225: Ea turba cupidine praedae Per rupes, scopulosque, adituque carentia saxa; Qua uia difficilis, quaque est uia nulla, feruntur*. Hinc uero intelligimus, huius pariter, atque uulgatae, lectionis, unam eandemque esse sententiam, adeo, ut difficilis sit optio, utra, tanquam prima et genuina, sit assumenda: cum alterutra non nisi ex glossa extitisse uideatur, quando uel supra uocem, *careat*, in spatio interlineari, *uacet*; uel supra uocem *uacet*, scriptum



CAP. XIII. Ne tantulum quidem barbarae nationes audent animos attollere, quod uos in *interiorem* imperii uestri *sinum* secesseritis; quin immo ipsi magis in uobis fiduciam perti-

scriptum fuit *careat*. Nobis arrideret, *careat*; nisi uerbo, *uacet*, auctoritas plurium librorum faueret.

198. *Maiestatis uestrae potentia*. Haec lectio omnibus libris uulgata: at in nostro codice pro *potentia*, expressis singulis literis, scriptum est, *praesentia*. Quod nomen, prope abfuit, quin arripuerimus. In altero Gudii libro ex alio quodam codice MS. per compendium scripturae cum superiore lineola annotatum est, *pntia*; ex quo facile intelliges, unde contigerit, ut in alios libros, *potentia*, in alios, *praesentia*, manarit.

CAP. XIII, 1.) 199. *In interiorem imperii uestri sinum secesseritis*. Vulgo editum est: *in interiora imperii uestri secesseritis*. Recte ferri possit haec lectio, prout et Curtius, lib. III, cap. VIII, 1. de Dario dixit: *an interiora regni sui peteret*. Sed orator etiam recte dicere potuit: *in interiorem imperii uestri sinum*. Sic ipse Cicero, de *prouinciis consular. cap. 2*: *Thessalonicenses, positi in gremio imperii nostri, relinquere oppidum, et arcem munire, coguntur*. Idem, in *Pisonem, cap. 37*: *Actolia, quae procul a barbaris disiuncta gentibus, in sinu pacis posita, medio fere Graeciae gremio continetur*. Et pro *Coelio, cap. 14*: *cum Q. Metellus abstraheretur e sinu gremioque patriae, etc.* Sic Italia recte dicitur Mamertino *interior sinus imperii*; quo ex limitibus Imperii, quibus praeerant, tunc conuenerant Diocletianus



- pertimescunt, quod se contemni sentiunt,
2. cum relinquuntur. Itaque illud, quod de Ioue uestro cecinit poeta Romanus, PLENA IOVIS OMNIA ESSE; id scilicet animo contemptatus, quanquam ipse Iupiter summum coeli uerticem teneat, supra nubila, supraque uentos, sedens in luce perpetua, numen tamen eius ac mentem toto infusam esse mundo; id nunc ego de utroque uestrum audeo praedi.
  3. care: ubicunque sitis, in unum licet palatium

CON-

tianus et Maximianus. Hanc autem lectionem nobis suggestit codex noster; quam etiam in Bertiniensi codice obseruat Liuineius, et ex alio iam edidit Cuspinianus.

2) 200. *Cecinit poeta Romanus.* Scilicet Virgilius, *Eclog. III, u. 60: Iouis omnia plena.*

201. *Mentem toto infusam esse mundo.* Haec itidem ex Virgilio hausisse uidetur Mamertinus. *Lib. enim VI Aen. u. 726: Spiritus intus alit, totamque infusa per artus Mens agitat molem, et magno se corpore miscet.* At rectius, secundum hunc poetam, dicturus fuisset orator: *mentem (nempe Iouis,) per totum infusam esse mundum.* Aut, prout loquitur Cicero, *lib. I de diuin. cap 52: Vis quaedam sentiens, quae est toto confusa mundo.* Idem, *lib. I de natura deor. cap. XI: Quomodo porro deus iste, si nihil esset, nisi animus, aut infixus, aut infusus esset in mundo?* Schonhouius ferre non potuit uulgatam lectionem, *toto infusam mundo,* opinatus, rescribendum, *toti infusam mundo.* Atque sane ita haec uer-

ba



concefferitis, diuinitatem uestram ubique uersari, omnes terras omniaque maria plena esse uestri. Quid enim mirum, si, cum possit <sup>4.</sup> hic mundus Iouis esse plenus, possit et Herculis?

CAP. XV. Admonet me et temporis et loci ratio, et maiestatis tuae reuerentia, ut finem dicendi faciam; quanquam de felicitate uestra tam pauca dixerim, et tam multa restent. *Sed, ecce, suggerunt: 2.*  
adhuc

ba edidit Cuspinianus. Sed nolumus reiicere uulgatam lectionem, rati, *toto mundo*, non esse casum tertium, sed sextum; atque aequae ita dici posse, ac Mamertinus supra, cap. X, 4: *tota Italia clarior lux diffusa*. Eodem prorsus modo locutus est auctor incertus panegyrici Constantino Aug. dicti, cap. XXVII, ubi alloquitur Iouem: *Sive in te quaedam uis mensque diuina est, qua toto infusus mundo omnibus misceris elementis*. etc.

4) 202. *Cum possit hic mundus Iouis esse plenus, possit et Herculis*. Vide, quanta haec adulatio! Vult dicere, uti mundus sit plenus maiestate et diuinitate Diocletiani Iouii, ad instar ipsius Iouis; ita cum etiam plenum esse possit eadem maiestate Maximiani Herculei, ad instar Herculis.

CAP. XV, 2) 203. *Sed, ecce, suggerunt*. Haec sana est lectio, quae in codice nostro diserte, et integris literis, sic exprimitur. Antehac in omnibus editis exemplaribus, praeter Baunii et Pataroli libros, legebatur: *Spiritum*



adhuc potes]dicere de salubritate temporum,  
 3. et fertilitate terrarum! Reuera enim, sacratis-  
 simi Imperatores], scimus omnes, ante, quam  
 uos salutem] reipublicae reddideritis, quanta  
 frugum inopia, quanta funerum copia fuerit,  
 fame

*ecce suggerunt.* Verum audiamus Liuiเนียม, quomodo ex  
 inertia librorum orta sit haec corruptela. *Mirum, inquit,  
 et insolens mendum; sed admirationem sustulit, quod pro uoce  
 spiritum in codice Bertiniensi offendi, Sz. compendio scriptum,  
 (i. e. Sed) Cui scripturae admodum uicina, quam in ueteribus  
 libris obserues, Spz. id spiritum ualet. Mox, suggerunt,  
 utcunque excusari possit, et auditores subaudiri, ut Gramma-  
 tici loquuntur; mihi tamen suggeritur placet. Infra mox: Il-  
 lud uero, non suggeratur licet, dicam, et quae sequuntur.  
 Quae posterius Liuienius addit de uerbo, suggeritur, haec  
 ei condonamus. Retinemus, suggerunt: nam eadem ellipsis  
 hic locum habere potest, quae obseruatur in uerbis, aiunt,  
 dicunt, ferunt, perhibent; scil. homines, alii, quidam,  
 auditores, etc. Suggestere autem hoc loco est, commonefa-  
 cere, seu facere, ut alicui ueniat alicuius rei in mentem,  
 seu subiicere alicui aliquid in memoriam. Sic Cicero, lib.  
 II de finibus cap. 14: Si memoria forte defecerit, tuum est,  
 ut suggeras. Ceterum pro, Sed ecce suggerunt, Patarol. edi-  
 dit: Et ecce suggerunt; quod inuenit in codice MS. Diui  
 Marci. Satis omnino bene: nos tamen interim fauemus  
 etiam in utroque libro Gudii, Sed pro Et, ac Spiritum, an-  
 notatum animaduertamus.*

204. Ad-



fame passim morbisque grassantibus. Vt uero lucem gentibus extulistis, exinde salutare spiritus iugiter manant. Nullus ager fallit agricolam, nisi quod spem ubertate superat. 4. Hominum aetates et numerus augentur. Rumpunt

204. *Adhuc potes.* Hoc potes, loco uulgati, potest, adsciuimus e codice nostro; quanquam id etiam prodiderint Baunius et Patarolus, idemque proferat Liuineius, et prior Gudii liber.

3) 205. *Reuera enim.* Particulam, enim, habet noster codex, et quidam alii, haud secus, ac in numero multitudinis, *sacratissimi Imperatores.*

206. *Reddideritis.* Aliquot libri et codices scripti habent, *redderetis.* Aliquanto inferius, pro, *copia fuit*, olim scriptum fuisse, *copia fuerit*, arbitramur.

207. *Vt uero lucem gentibus extulistis.* Quasi ex coelo, ut sidera, nouam lucem atque felicitatem extulistis, et in alto constitulistis gentibus, imperium suscipiendo. Cellarius.

4.) 208. *Hominum aetates et numerus augentur.* Sunt, qui sollicitent nomen, *aetates.* Rhenanus putat, forsitan legendum, *aetas et res.* Sed de augmento rerum mox agit Mamertinus; qui de industria numero multitudinis, *aetates*, usus esse uidetur, ut significaret, horum Imperatorum aeuo plures homines, et senes, et uegetos, et adulescentes, uiuere. Pro, *augentur*, quidam libri habent, *augetur.*



punt horrea conditae messes, et tamen cultura duplicatur. Vbi siluae fuere, iam seges est: metendo et uindemiando defecimus.

CAP. XVI. Illud uero, non suggeratur licet, quoquo modo dicam, antequam definam: tantam esse imperii uestri felicitatem, ut undique se barbarae nationes uicissim lace-  
rent et excidant; alternis dimicationibus et insidiis clades suas duplicent et instaurent;  
Sarma-

209. *Metendo et uindemiando defecimus.* i. e. tot frugibus metendis, et uindemiandis uuis, non sufficimus, nimio labore defessi. Vulgo editum est, *defecimus*; sed Puteanus testatus est, se in uetere codice legisse, *defecimus*; idemque tempus huius uerbi etiam Gudius ex alio codice annotauit.

CAP. XVI, 1.) 210. *Illud uero, non suggeratur licet, quoquo modo dicam.* Intermedia uerba quodammodo transposita offendit Liuius in ueteribus schedis Car. Langii, *licet non suggeratur.* i. e. Illud uero, licet mihi non aliorum hominum monitu suppeditetur, aut in memoriam subiiciatur, quomodocunque tamen dicam. Pro, *quoquo modo*, non nulli libri habent, *quomodo*, aut prorsus utrumque omittunt. At particula, *quomodo*, uix locum habere potest, nisi per interrogationem pronuntietur. Bene Gruterus: *Sustulerim interrogatoriam notam, geminatoque, quo, rescripserim: - licet, quoquo modo dicam, antequam definam.*

2) 211. *Gentes illa uesania dignas.* Rectius et argutius pronomen, *illa*, admittitur, ut referatur ad nomen, *uesania*;



Sarmaticas uestras, et Raeticas, et Transhe-  
nanas, expeditiones, furore percitae in se  
imitentur. Sancte Iupiter, et Hercules bone, 2.  
tandem bella ciuilia ad gentes *illa* uesania di-  
gnas transtulistis, omnemque illam rabiem  
extra terminos huius Imperii in terras hosti-  
um distulistis. Etenim, quod ait ille Romani  
carminis primus auctor: *a sole exoriente ad us-  
que Maeotis paludes*; id nunc longius longiusque  
pro-

*uesania*; quam, *illas*, quasi ad *gentes* pertineret, quod  
antehac uulgo legebatur. *Ille*, Liuius e coniectura; Gu-  
dius in utroque libro e codicibus MSS. annotauit, atque iam  
Cellarius et Patarol. euulgarunt. Gruterus ad h. l. *Belle Li-  
uineius*, *illa*; et sic ante ipsum coniecerat item sagacissimus Pu-  
teanus.

3) 212. *Romani carminis primus auctor. i. e. Enni-  
us*; cuius hos uersus Hier. Columna in *Ennii fragmentis*,  
pag. 163, refert, tanquam epigramma in Scipionis Africa-  
ni tumulum: *A sole exoriente supra Maeoti paludes*; Nemo  
est, qui facteis me aequiparare queat. Eosdem uersus excita-  
uit Cicero, lib. V *Tuscul. disput. cap. 7. Maeotis* habet in  
casu secundo *Maeotidis*, et *Maeotis*; hoc loco per archaif-  
imum poeticum, *Maeoti*; neque opus est, ut cum non nul-  
lis legamus, *Maeotidas*. In editionibus antiquis errore ridi-  
culo excusum est: *Romani criminis auctor*.

213. *Longius longiusque protendere. Contrarium su-  
pra: propius propiusque. De hoc elegantissimo loquendi  
modo*



4. protendere licet, si quis hostilem in mutua clade  
 4. uesaniam toto orbe percenseat. Etenim ab ipso  
 solis

modo uidendus Ian. Guilielmus, in Quaestion. Plautinis.  
 C. Rittersbusius.

214. Si quis hostilem in mutua clade uesaniam toto orbe  
 percenseat. Videtur legendum Puteano, in mutuas clades;  
 non male. Gruterus. Hanc uarietatem etiam Gudius in  
 libro primo annotauit.

4.) 215. Ab ipso solis ortu non modo, ac citra Maeo-  
 tin, sub extrema septentrionis plaga. Codex noster, pro  
 ac, habet hac, ex errore librarii: quanquam illud, hac,  
 olim omnes ediderunt, praeter Patarolum, qui, cum ani-  
 maduerterit, hac, haud congruere huic loco, illud prop-  
 tus praetermisit, et ex Liuinii coniectura pro citra, recep-  
 pit, circa. Nos autem, pro hac, ex Duacensi editione re-  
 ponimus, ac; et ex omnium ceterorum librorum consensu,  
 citra, retinemus: quoniam id pro, supra, quod in ipsius  
 Ennii uersu est, positum, ac, secundum structuram gram-  
 maticam ista uerba ita ordinanda esse, existimamus: Ete-  
 nim, non modo ab ipso solis ortu, ac citra Maeotin, etc.  
 At neque illud reticemus, in nostro codice legi: Etenim in  
 ipso solis ortu: quam lectionem Gudius quoque aliunde libra  
 alteri alleuit.

216. Maeotin. Est mare Sarmatiae, seu palus, in  
 quam per Cimmericum Bosphorum influit Pontus Euxinus,  
 diuiditque Europam ab Asia; nunc *Mar delle Zabacche*, aut  
*de la Tana*. Patarol.

217. Sub extrema septentrionis plaga. Non capio.  
 Nam Danubius oritur in parte quin immo Meridionali Ger-  
 maniae,



solis ortu non modo , ac citra Maeotin , sub  
extrema septentrionis plaga , et qua feruidum  
caput

maniae , ex monte scilicet Abnoba , ac Silua Nigra in Sue-  
uia : inde quidem postquam Austriae Viennam alluerit , in  
Septentrionem fertur per Hungariam , sed et rursus in me-  
ridiem labitur , ac uersus ortum tandem in Euxinum Pontum  
ad Bessarabiam effluit per sex ostia . Non igitur sub extrema  
septentrionis plaga Danubius est ; sed ita non rigorose a no-  
stro dictum crediderim . *Patarol.* Ausi huius loci interpre-  
tationem leui adminiculo adiuuare , ante uerba , *qua ferui-  
dum caput* , copulam , *et* , posuimus , quae facile excidere  
potuit ; hac uero restituta , *Danubius* non necessario ad ex-  
tremam septentrionis plagam referendus est ; sed Mamertinus  
saltem dicere uidetur , inter alios , etiam populos originem  
Danubii accolentes in sanguinem suum ruisse .

218. *Et qua feruidum caput Danubius euoluit.* Ali-  
as , *caput* , fons est fluminis . Quid uero Danubii fons  
commune cum Moeoti habet , cuius ostiis potius haec palus  
est propinquior ? Sit *caput* ergo uis ac copia aquarum ; inter-  
pretorque *euoluit* , per ostia effundit . Sic Plinius , *lib. III* ,  
*cap. 12 , sect. 24* : *Danubius in Pontum uastis sex flumini-  
bus euoluitur.* Virgilius , *Aeneid. V , uers. 807* : - - *re-  
perire uiam , atque euoluere posset in mare se Xanthus.* Huc-  
usque Cellarius . Sed , quid opus est ambagibus ? Verba  
haec : *qua feruidum caput Danubius euoluit* , breuiter sic ex-  
plico : qua , siue qua ex parte Danubius oritur . Et si enim  
alibi fluiui dicuntur se euoluere , i. e. influere , in mare : cum  
tamen uerbum , *euoluere* , proprie et generatim dicatur de  
loco uoluere ; quid mirum , si et Danubius , oriens ex fon-  
te ,

T

re ,



caput Danubius euoluit , quaque horridus fecat Albis Germaniam ; sed etiam sub ipso lucis occasu , qua *Tingitano litori Calpetani montis* obuium latus in mediterraneos sinus admittit oceanum , ruunt omnes  
in

te , dicatur *caput euoluere* , siue *exerere* , et *profluere* ? Nihil uero aliud Mamertinus in hac tota sectione dixit , quam tantam esse imperii Diocletiani et Maximiani felicitatem , ut exteræ barbaræque gentes , non modo in oriente , ac citra Maecotin sub extrema septentrionis plaga , et ad originem Danubii , et circa Albim in Germania , habitantes ; sed etiam in occidente Hispaniam Africamque accolentes , ciuilibus bellis in se inuicem saeuiant.

219. *Albis*. Nunc *Elbe* , Germaniæ fluuius , in Silesia ortus : tendit in meridiem primo , mox in occidentem , demum in septentrionem , et prope Hamburgum in Germanicum Oceanum influit. *Patarol*. In codice nostro scribitur *Alba*.

220. *Tingitano litori Calpetani montis obuium latus*. Tingitana pars est Mauritaniae , ad fretum Herculeum , ab urbe *Tingi* , quæ nunc *Tanger* , sic dicta. Ibi prope urbem Septam , quæ modo *Ceuta* , est mons *Abyla* , *Mont de Singes* Gallis , oppositus alteri monti in Hispaniæ prouincia Baetica , ubi etiam urbs cum arce eiusdem nominis , *Gibraltar* modo appellata. Montes illos *Columnas Herculis* dixere poætæ : unde et fretum Herculeum , per quod inter ipsos Oceanus  
in



in sanguinem suum populi, quibus nunquam contigit esse Romanis, obstinataeque feritatis poenas nunc sponte persoluunt.

CAP. XVII. Furit in uiscera gens effrena Maurorum; Gothi Burgundios penitus exscin-

in mare mediterraneum ingreditur. *Patarol.* Antehac in omnibus libris legimus: *qua Tingitanum litus Calpetano monti obuium latus in mediterraneos sinus admittit Oceanum.* Sed tunc nescies, quid cum uoce, *latus*, facias, nisi eam in aduerbium, *latius*, conuertas. Adsciui igitur eam scripturam, quam Gudius e codicibus MSS. in utroque libro annotauit; et quam etiam confirmat codex noster, nisi quod in nomine *Calpetani* uitium admittat. Ibi enim scriptum est: *sed etiam sub ipso solis occasu, qua Tingitano litori Scalpitani montis obuium latus in mediterraneos sinus admittit oceanum.*

221 *Calpetani montis.* Calpe, mons Hispaniae ad fretum Herculeum, una ex fictis columnis Herculis. In Africano freti litore oppositum est oppidum *Tingi*, a quo *Tingitanum litus.* Cellarius.

CAP. XVII. 1) 222. *Gens effrena Maurorum.* Codex noster habet, *Gens effera*: non quidem male; sed nondum tamen abiicienda est lectio uulgata. Virgilius, *lib. III Georg. u. 382: Gens effrena uirum. i. e. Seruio interprete, saeva, rectorem recusans. Mauri,* (unde nomen Germanicum, *die Mobren.*) populi, qui Africam incoluere, cum in Mauritania Caesariensi, uersus meridiem, tum in Mauritania Tingitana, uersus occidentem.

223. *Gothi Burgundios penitus exscindunt.* Hi Burgundii



excindunt. Rursum pro uictis armantur  
Alama-

gundii Hadriano Valeſio, *lib. I Rerum Franc. p. 50*, diuerſi fuiſſe uidentur a Burgundionibus Germanis, Galliae inuaſori-  
bus: gens uidelicet Scythica, trans Danubium in Sarmatia  
Europaea ſedem habens, *Vrugundi* a Zoſimo dicti, *lib. I cap.*  
*27 et 31*; ideoque, qui ſequuntur *Alamani*, corruptum uo-  
cabulum eſſe ratus, in *Alanos* uult conuerſos. *Cellarius*. Idem  
Valeſius tradit ad Ammianum Marcellinum, *lib. XXVIII,*  
*cap. V*, ubi, dum attingit hunc locum, notauit, Mamertinum  
*Burgundiones* a *Burgundiis* aperte diſtinxiſſe: hos, quos  
Gothi exciderint, et pro quibus uictis in Scythia  
armati fuerint Alani, dictos eſſe *Burgundios*; eos uero, qui  
Alamanorum agros occuparint, audiſſe *Burgundiones*; at-  
que adeo Mamertinum diſtinctis locis de his populis diſtin-  
ctis egiſſe. Non caret omni uerſimilitudine haec ſententia;  
neque incredibile eſt, *Gothos*, ſue *Gothos*, ſue *Gotunos*,  
quos pro uno populo habet Cluuerius, *lib. III Antiqu. Germ.*  
*cap. 34*; et quorum antiquae fuere ſedes in ſeptentrionis re-  
gionibus, Gothia cumprimis et Scandinauia, non ſolum in  
Pannoniam, Moeſiam, et Daciam, ac tandem in ipſam Itali-  
am, Galliam, et Hispaniam, ſe diſſuſiſſe; ſed ex parte etiam  
ſupra Maeotin ad Tanaim uſque proceſſiſſe, ubi *Alani*, prius-  
quam, relicto Tanai ad Danubium diſceſſerant, ſedes ſuas  
habuere: quia, teſte Iofepho, *lib. VII de bello Iudaico, cap. 29*,  
Alanorum natio Scythae fuere, iuxta flumen Tanain et Maeo-  
tin lacum habitantes. At enimuero, illud diſcrimen inter  
*Burgundios* et *Burgundiones* neſtquam eſt perpetuum, cum  
utroque nomine promiſcue deſignetur idem Germaniae po-  
pulus, ex Vindilorum, ſue Vandalorum, ſanguine ortus, a  
*Burgis*, ſue praefidiariorum caſtris, appellatus, Alemanis

con-



Alamani ; itemque Theruingi, pars alia Gothorum,

confinis, et postea in Gallias infusus. Immo fieri potuit, ut ab initio etiam hoc loco apud Mamertinum, nomen *Burgundiones* extiterit, quod uero per compendium scriptum, *Burgundiōs*, librarii deinceps in *Burgundios*, et *Burgundos*, mutauere. Nomen autem *Alanorum* nullus prorsus liber hoc loco exhibet; sed *Alamani*, siue *Alemanni*, ubique leguntur, qui tunc pro uictis *Burgundiis* armati fuisse, siue iis opem tulisse, dicuntur. Neque obscurum est, *Burgundionibus Germanis* uicinis fuisse *Alamanos*. Inde enim Marcellinus, l. c. dixit, *Burgundios, salinarum finiumque causa Alamannis saepe iurgasse*; et lib. XVIII, cap. 2, ait, *terminales lapides Alamanorum et Burgundiorum confinia distinxisse*. Quae cum ita sint, Valefii coniectura atque emendatione dimissa, aut certe suspensa, retinemus lectionem uulgatam. Bene Beatus Rhenanus, lib. I rerum German. pag. 41, ubi narrat, *Alemanos in Germania inter Moenum, Rhenum, et Danubium, iuxta siluam Martianam nouas sedes fixisse: Argumento nobis est, inquit, etiam Alemanos a septentrione uenisse; quod, cum Gotbi Burgundiones adhuc in suis sedibus agentes excinderent, Alemanni prostratos restituere uoluerunt, non hoc facturi, nisi aliquid uel amicitiae, uel foederis, inter ipsos intercessisset, ex ueterum fortassis sedium uicinia*. Ceterum, pro excidunt, non nulli libri habent, *excident*.

224. *Theruingi, pars alia Gothorum*. Difficile est, harum omnium gentium, quas commemorat Mamertinus, origines sedesque satis demonstrare. Recte animaduertit Barthius, lib. VI *Aduersar. cap. 29*, in crebris migrationibus populorum istorum septentrionalium, cum quique, aut



thorum, adiuncta manu Thaisalorum, ad-  
uerfum

familia, aut incolae antea unius loci, iunctim mearint, nomina singularia sibi a fortibus facinoribus, aut specie agnitis, aliaue de causa, imposuisse, quae postmodum seruarint nepotes. *Tberuingi*, in codice nostro *Teruingi*; in libris impressis Puteolani, Cuspiniani, Nauii, et Gruteri, *Teruigi*; apud Henr. Stephanum, *Teruigii*, scribuntur. Per hos populos Barchius l. c. intelligit *Tburingos*, quasi a *theur* *Theuringos* dictos, i. e. caros, et propter fortitudinem pretiosos ac gloriosos. Eos ex Gothis ortos esse, indicat Mamertinus, cui dicuntur *pars alia Gothorum*; ubi uox, *pars*, perperam omissa est in Cuspiniani editione.

225. *Adiuncta manu Thaisalorum.* Istos, de quibus diximus, *Tberuingos*, undecunque demum nomen inuenerint, non solum Mamertinus, sed etiam Eutropius, *lib. VIII, cap. 2*, coniungit cum *Thaisalis*. *Daciam*, inquit, *Decebalus* uicto, subegit Traianus, *provincia trans Danubium facta in his agris, quos nunc Taiphali, et Victophali, et Theruingi, habent.* Ex quibus uerbis colligimus, *Tberuingos* et *Thaiphalos*, post Traiani tempora circa Daciam, inter Danubium ac Sarmatas regionem, loca finitima coluisse. *Thaiphalos* Ammianus Marcellinus, *lib. XVII, cap. 31*, cum Moesia, Daciae proxima, coniungit. Atque idem, *lib. XXXI, cap. 9*, narrat, Gothorum optimate, Farnobium, duxisse *Taisalos*, nuper in societatem adhibitos. Aurel. Victor, in *Epitome, cap. XXXVII*, tradit, *Gothos Taiphalosque*, sub Gratiano Imperatore, Thraciam Daciamque, tanquam *genitales terras*, possedisse. Zosimus, *lib. II, cap. 31*, *Thaiphalos* uocauit *Scythicam nationem*. Atque idem, *lib. III, cap. 25*, refert, tunc ingentes copias Transiltrianorum Scytharum, Gothorum  
nempe,



uerfum Vandalos Gipedesque concurrunt.  
 Ipsos

nempe, et *Taipbalorum*, et aliarum gentium, Istrum transieciſſe, Thraciamque occupasse. Vbi non tam Scythia Asiatica, quam Moesiaca, est intelligenda; dum posteriorum Imperatorum temporibus pars inferioris Moesiæ Scythia est dicta, et prouinciis Thraciæ annumerata. Vid. Cellar. *Geograph. antiq. T. I, p. 570, et 593.* Nomen, *Taipbali*, uarie scribitur, u. g. *Tbaipbali, Taifali, Taifoli.* Barthius, l. c. nihil dubitat, quin et hæc gens fuerit Germana, eiusque nomen malorum geniorum Germano nomini (*Teuffel*) originem debeat: quod uidelicet non aliter hostibus tractandis fauere consueci, uel iactationis loco uideri uoluerint, quam cacodaemones ueri. Neque nobis id mirum uideri potest, si recogitemus, quæ apud Rhenanum, *lib. I rerum Germ. pag. 41,* legimus. *Nostra ætate, inquit, militum manus in inferiori Germania se Diabolos appellarunt, ad incutiendum terrorem iis, aduersum quos mittebantur. Vestes erant nigrae, hastæ nigrae, uultus ipsi nibilo candidiores.*

226. *Vandalos Gipedesque.* Vandalos in Germania ad Codanum sinum ponunt, unde per uarias terras uagati sunt. *Gipedæ, seu Gepidæ, Γῆπαιδες,* Procopio, *Vandal. I, 2,* gens Gothica, quæ cum Gothis deinde Daciam ueterem insedit; inde *Gepidiam* Iornandi dictam, *rerum Get. cap. 12;* cui populus *Gepidæ* nominantur. Cellarius. *Vandalos, siue Vindilos,* inter prima et uetustissima Germanorum genera recenset, et originem Gothorum atque Burgundionum ad stirpem Vandalicam refert Plinius, *lib. III, cap. 28.* Vulgo creduntur sic appellati quasi *VVandler,* h. e. migrantes. Hos *Bandalos* in hoc Mamertini loco Nauius expressit; librarius autem in nostro codice scripsit *Blandalos.* Quod ad *Gipedes* atti-



2. Ipsos Persas, ipsumque Regem, adscitis Sacis,  
et Ruffis, et Gellis, petit frater Ormies, nec  
respi-

attinet, etiam Iornandes, *cap. 17*, eos pro Gothorum con-  
fanguineis habet. Isidorus, *lib. VIII orig. p. 1042*; *Gipedes*,  
inquit, *pedestri praelio magis, quam equestri, sunt usi*, et ex  
*hac caussa ita uocati*. Nomen ergo Germanicum nobis uide-  
tur, a uerbo adhuc usitato, *geben*, *ire*, et a Celtica uoce,  
*ped*, uel *pedd*, i. e. pes, *bein*; unde uetus uerbum, *pedden*,  
i. e. pedibus ire, incedere, in quo etymo non paucae lin-  
guae collidunt. Nos hodie huiusmodi milites non uoca-  
mus *Beingaenger*; sed usitatus, *Fusgaenger*. Istorum *Gi-  
pedum* regnum temporibus Iustini Imperatoris interiisse, do-  
cet ill. Mascouius, *lib. XIII, cap. 3, von den Geschichten der  
Teutschen*.

2) 227. *Sacis, et Ruffis, et Gellis*. Ignota nomina,  
praeter *Sacarum*, quos Scythas fuisse, Mela, *lib. III, cap. VII*,  
tradit. Coluisse post mare Caspium dicuntur. *Cellarius*.  
Fuere Asiae populi, qui et ipsi mutua clade se attriuerunt.  
*Sacci* scribuntur in codice nostro, et primis editionibus;  
alibi *Saci*. Mela, l. c. ubi describit Oceanum Eoum et In-  
diam: *Scythae*, inquit, *Androphagi et Sacae, distincti regione,  
quia feris scatet, inhabitabili*. Plura de *Sacis* collegit Cella-  
rius, *Geogr. antiq. T. I, p. 838, seqq.*

228. *Ormies*. Videtur *Ormisda* Eutropii esse, *lib.  
VIII, cap. 25*. Adde ibi *Paeanium*, sect. 6, *Cellarius*.  
Scilicet Eutropius, l. c. refert, *Galerium Maximianum*, (qui  
uero nondum tunc Caesar adoptatus erat, cum Mamertinus  
hunc panegyricum recitaret,) cum Narseo, *Ormisdae et Sa-  
poris* auo, in Armenia maiori pugnasse, *successu ingenti;*  
castra



respicit, uel pro maiestate quasi Regem, uel  
pro pietate quasi fratrem. Burgundiones 3.  
Alama-

castra eius diripuisse, et uxores, sorores, liberos, et infinitam Persarum nobilitatem, cepisse. Sed intricatior est istarum rerum historia, quam ut luculenter possit explicari. Interim *Narses*, seu *Narseus*, ab anno Christi 285 dicitur fuisse Rex Persarum; cui successit A. 301 *Hormisdas* II; et A. 309 *Sapores* II. Potuit ergo et alius *Hormies*, siue *Ormies*, dictus, cum fratre, Rege Persarum, infeste contendere. Equidem *Zosimus*, lib. III, cap. 13, et *Amm. Marcellinus*, lib. XVI, cap. 10, commemorant aliquem *Hormisdam*, natione Persam, *Saporis*, Regis Persarum fratrem, uel secundum *Zonaram*, *Narsei* filium, qui a fratre affectus iniuriis ad *Constantium* Imperatorem confugerit; sed nescio, an hic ad ista tempora, quibus *Mamertinus* hanc orationem habuit, commode referri possit?

3) 229. *Burgundiones Alamanorum agros occupauere.* Sub initium huius capituli dixerat *Mamertinus*, *Alamanos Burgundiis* a *Gothis* ui oppressis auxilio uenire uoluisse: nunc ait, *Burgundiones*, (si hi iidem sunt, qui *Burgundii*,) occupasse *Alamanorum* agros, quos tamen reperant *Alamani*. Ita scilicet Germanae istae nationes de sedibus inter se acriter disceptarunt, facile ex amicitia ad hostilitatem prolapsae. Vero simile autem est, ut ait *Rhenanus*, cum a *Gothis* eieci *Burgundii* in Germania sedis inopes uagarentur, eos ad *Alamanos*, tanquam amicos, concessisse; sed cum *Alamani* gentem potentem recipere noluerint, *Burgundiones* ui et ferro in *Alamaniam*, non tamen sine sanguine et damno suo, irrupisse, et aliquandiu illie consedisse, usque dum postea in *Sequanos* transierint.

V

230. Sed



4. Alamanorum agros occupauere, sed sua quoque clade quaesitos. Alamani terras amifere, sed repetunt. O magnam uim numinis uestri! Non istae modo aliaeque gentes, uiribus armisque terribiles, fiducia instructae ad perniciem immanitatis utuntur; sed etiam Blemyes illi, ut audio, leuibus *non* adfueti sagittis, ad-

230. *Sed sua quoque clade quaesitos.* Sic recte haec uerba distinguuntur; cum primi editores, Puteolanus, Cuspinianus, Rhenanus, Nauis, ea obscurius ita edidissent: *Sed sua quoque clade quaesitas Alamani* (quidam habent, *Alamania*) *terras amifere, sed repetunt.* Nec satisfacit Sigonius, qui haec ultima uerba sic rescripsit: - - *quaesitas Alamani terras amifere quas repetunt.*

4) 231. *Fiducia instructae ad perniciem immanitatis utuntur.* Liuineius, qui participium, *instructae*, retulit ad nomen antecedens, *gentes*, maluit pro, *utuntur*, legere, *uertuntur*; quoniam e compendio scripturae, *utuntur*, natum sit, *utuntur*; idemque *immanitatem* per *Barbariam*, i. e. barbaros populos, interpretatus est. Sed nobis nulla mutatione opus esse uidetur, si participium, *instructae*, referamus ad nomen *immanitatis*, atque omnia ista uerba hunc in modum grammaticè ordinemus ac construamus: *Non modo istae aliaeque gentes, terribiles uiribus armisque, utuntur fiducia immanitatis instructae ad perniciem; sed etiam Blemyes - - quaerunt arma. etc.*

232. *Blemyes - - leuibus non adfueti sagittis.* Blemyes, siue Blemmyes, Blemyi, et Blemiae, ab Aegypto uersus Austrum Aethiopiibus contermini, ad Nilum sedes habuere. De hisce mentionem faciunt Strabo, *lib. XVII*; Malala, *lib. I, cap. 4*; Plinius, *lib. V, cap. 8*; et Zosimus, *lib. I, cap. 71. Patarol.* Etiam Ammianus Marcellinus, *lib. XIII, cap.*



aduersus Aethiopas quaerunt, quae non habent, arma, et paene nudis odiis proelia internecina committunt.

CAP. XVIII. Iam de perduellibus ultionem, non armis, non exercitu, capitis, sicut hucusque fecistis: iam, inquam, fortunatissimi Imperatores, felicitatem uincitis

cap. 5, *confinia Blemmyarum* ad Nili cataractas ponit; ad quem locum, si lubet, uide Valefium, in notis; ubi praeterea excitantur, Dionysius, *de situ orbis*; Procopius, *lib. I de bello Persico*, cap. 19; Claudianus de Nilo; Nonnus *lib. XVII*, in fine; quibus addatur Vopiscus, in *Aureliano*, cap. 33, et in *Probo*, cap. 17. Illud uero adhuc notandum est, hucusque in omnibus exemplaribus haec uerba ita euulgata esse: *leuibus modo aduerti sagittis*. Quae particula, *modo*, mihi mox suspecta uisa est: primum, quia in eadem *περίοδῳ* parum concinne bis occurrit; deinde, si Blemyes iam antea aduerti fuissent *leuibus sagittis*, nulla nobis appareret ratio, cur arma quaesierint aduersus Aethiopas, qui potissimum sagittis usi sunt; et cur denique Blemyes paene *nudis odiis* proelia commisisse dicantur, quasi sagittae nullum iis usum in *bellis* praebere potuissent. Ideo uero *nudis odiis* proelia commisisse dicuntur, quia armis aliis destituti non nisi proprie loquendo *manum cum hoste conseruisse* uidentur; quod et antiquissimum et acerrimum pugnae genus fuit. Itaque nihil dubitauimus, pro *modo*, particulam negandi, *non*, ex codice nostro amplecti, tanquam huic loco satis congruentem.

233. *Quaerunt, quae non habent, arma*. Codex noster, et uetus Liuieni, haec quodammodo transponunt: *quaerunt arma, quae non habent*.

CAP. XVIII. 1) 234. *Fortunatissimi Imperatores*. Codex noster habet, *fortissimi Imperatores*. Quae lectio tunc uideretur huic



2. uincitis soli. Et quid unquam Romani Principes de felicitate sua praedicari lactius audierunt, quam cum diceretur, hostes quiescere, otiosos esse, pacem colere?
3. re? At enim quanto hoc est laetabilius ac melius, quod de

huic loco congruere, si respiciamus uerbum, *uincitis*. Contra, *fortunatissimi* dicendi sunt Imperatores, si hoc ἐπιθετον ad *felicitatem* referamus. Interim sequimur lectionem uulgatam.

2) 235. *Et quid*. In antiquis libris male editum est, *Et quod*. Retinemus editorum recentiorum lectionem, quam etiam firmat codex noster. *Et quid*, hic ponitur pro, *Et quid*, cum quadam admiratione loquentis. Ita, praeter alios, loquitur Plinius, *paneg. cap. LIII, i: Et quis iam locus miserae adulationis manebat ignarus?*

236. *Otiosos esse*. Puteolanns, Cuspinianus, Rhenanus, Duacensis, et Liuineius, euulgarunt, *occisos esse*; at codex noster, et Bertiniensis, et uetus Liuincii, atque alii libri excusi, inter uerba, *quiescere, et pacem colere, melius, nisi fallimur, interponunt, otiosos esse*.

3) 237. *Laetabilius ac melius*. In codice nostro, et utroque Gudii libro pro, *laetabilius*, i. e. laetitia dignius, legitur, *laudabilius*; sed nobis magis probatur uulgata lectio. Vocis istius usum neque ipse refugit Cicero, *lib. III Tuscul. disput. cap. 17: Is est sapiens, quem quaerimus, is est beatus, cui nihil humanarum rerum, aut intolerabile ad demittendum animum, aut nimis laetabile ad efferendum, uideri potest*.

238. - *Barbari ad arma concurrunt*. Mira corruptela foedauit in hoc loco libros antiquiores, et ipsum quoque codicem nostrum. Puteolanus, Rhenanus, Duacensis, Henricus Stephanus, Liuineius, edidere: - *omnium hominum circum-*



de prosperitate saeculi uestri certatim omnium hominum ore circumfertur: barbari ad arma concurrunt; sed inuicem dimicaturi! Vicere barbari; sed confanguineos suos! Tam innumeros uobis, tam nouos, ex  
4  
omni

*circumfert Barbaria? Darnia, sed inuicem dimicaturi uicerunt barbari.* etc. Codex noster habet: *Omnium hominum circumfert barbaria damna. Sed inuicem dimicaturi uicerunt barbari.* Cuspinianus eadem prodidit, nisi quod post uocem corruptam, *Darnia*, inseruit uerbum ad sententiam explendam necessarium, *concurrunt.* Teste Lipsio, *lib. I epistol. quaest. epist. XXII*, Diuaeus ex uestigiis Viennensis libri restituit uerbiore lectionem. Sed et Liuienius, in *notis*, haec breuiter commentatur: *Sententia foede corrupta, quae in L. (i. e. in Caroli Langii schedis) integra. Sic igitur ibi scribitur: - hominum ore circumfertur: Barbari ad arma concurrunt, sed inuicem dimicaturi. Vicere barbari, etc.* Restitutam igitur hanc lectionem asciuerunt, Gruterus, Puteanus, de la Baune, Cellarius, et Patarol. Facile autem in ipsis mendis animaduertas uestigia melioris lectionis. Inepti enim librarii omnium maxime corrumpere has uoces: *barbari ad arma concurrunt.* Primo enim diuisere praepositionem, *ad*; cuius priorem literam, *a*, agglutinauere antecedenti uoci, *barbari*; unde prodiit, *barbaria*; alteram literam, *d*, retulere ad sequentem uocem, *arma*, in qua literam, *m*, pro *n* et *i*, habuere, unde exitit, *Darnia*; quae uox nihili est. At librarius nostri codicis in eadem uoce, *arma*, duas literas, *rm*, pro *mm*, habuit, atque inde, assumpta litera *d*, ex *ad*, effinxit, *damna*. Verbum, *concurrunt*, omnes ueteres libri, praeter Cuspiniani *ἐνδοσιν*, nescio, qua ex causa, omiserunt. Denique inepta etiam interpunctione sententiam Martini adhuc multo magis obscurarunt.



omni hostium genere successus fortuna suppeditat, ut iam mihi necesse sit, illa, quae ab initio separaueram, rursus hic communi laude coniungere, dum tantorum euentuum quaero rationem: FELICITATEM istam, optimi Imperatores, PIETATE meruistis!

CAP. XVIII. Optime igitur, quantum arbitror, sacratissime Imperator, haec potissima elegi, quae gemino natali tuo praedicarem. Etenim ceterae uirtutes et bona cetera processu aetatis eueniunt: fortitudo annis accedentibus roboratur; continentia disciplinae praeceptis traditur; iustitia cognitione iuris addiscitur; ipsa denique illa, quae uidetur omnium rerum domina esse,

4) 239. *Quae ab initio separaueram.* Scilicet Mamertinus, cap. VI, constituerat, de Diocletiani et Maximiani, cum *pietate*, tum *felicitate*, distincte et seorsum differere; quarum laudum partes nunc coniungit.

240. *Communi laude.* Recte sic scriptum est in codice nostro: unde omnino confirmatur recentiorum editionum lectio; cum in antiquioribus perperam euulgatum esset, *communium laude*.

CAP. XVIII, 1) 241. *Optime igitur, quantum arbitror, sacratissime Imp.* Hanc collocationem uerborum ex nostro codice, et altero Gudii libro, admisimus; cum uulgo editum esset: *Optime igitur, sacratissime Imperator, quantum arbitror*, etc.

242. *Gemino natali tuo.* Cuspinianus rescripsit: *genuino natali tuo*; sed saluam putamus lectionem uulgatam. Vtique, quod iam in prima harum obseruationum parte, p. 14 et 15, ostendi, de natali uitae Maximiani loquitur Mamertinus; sed oratorie uocat *geminum natalem*; quia, licet tunc, cum hic panegyricus recitaretur, unius saltem Imperatoris, nempe Maximiani, incidisset natalis proprius, is tamen simul tanquam natalis etiam alterius Imperatoris, Diocletiani, ad declarandam utrorumque concordiam, celebraretur.

2) 243. *Iustitia cognitione iuris addiscitur.* Puteolanus, Nauis, Rhenanus, Duacensis, Liuineius, pro uerbo, *addiscitur*, prodidere, *adscitur*; non prorsus incommode: praestare tamen nobis uisa est lectio Cuspiniani, et recentium editorum, quam confirmat auctoritas nostri codicis; quamque ipse Liuineius ex Bertinienfi, et suo uetere codice, in margine libri sui annotauit.

3) 244.



esse, sapientia, perspectis hominum moribus, et exploratis rerum docetur euentis: solae cum nascentibus pariter oriuntur pietas atque felicitas; naturalia sunt enim animorum bona, et praemia factorum. Gemini ergo natales pias uobis mentes et imperatorias tribuere fortunas; atque inde sanctitatis uestrae, omniumque successuum, manat exordium, quod nascentes uos ad opem generis humani bona fidera et amica uiderunt: quae uobis concordiam sempiternam, et uestrorum generum caritatem, et fouendae reipublicae studia, conciliant, itemque, praeter uictorias toto orbe terrarum partas, etiam naualia tropaea promittunt; ut, post bella Punica, post Asiae Syriaeque Reges, Romani Roftra

3) 244. *Cum nascentibus pariter oriuntur.* Exinde cognoscitur, et ex his, quae mox sequuntur, nascentes uos, non posse panegyricum hunc de die natali Imperii intelligi. *Cellarius.* Mamertinus quidem tanquam orator dicere poterat, pietatem atque felicitatem esse naturalia animorum bona; sed dubitamus, an tanquam philosophus?

245. *Ad opem generis humani.* Habet quidem noster codex, habuit etiam Bertiniensis; ad opes g. b. sed quid necesse est, cur lectionem uulgatam reiiciamus?

246. *Bona fidera et amica.* Astra propitia, secundum inanem mathematicorum sententiam, qui siderum influxus in corpora nostra, hominumque generationem et ortum, mordicus tuentur. *Patarol.*

4) 247. *Naualia tropaea promittunt.* Ex nauali bello aduersus piratas, Britannico mari a Constantio Caesare, auspiciis Maximiani, Augusti, gesto: de quo Eumenius, in panegyrico Constantii. *Cellarius.* Equidem orator classi Romanae aduersus Carausium felicem egressum expeditionemque ominabatur; sed spei notisque minus respondit euentus: dum Carausius, bello nauali superior, Maximiani classe partim capta, partim aduersa tempestate disiecta, A. C. 290, nihilominus pacem, et Augusti honorem titulumque, quem ambierat, obtinuit. De cuius classis apparatu confertur Mamertinus, *panegyrico I. Maximiano Aug. dicto, cap. XII.*

5) 248. *Romani Roftra campi.* Mamertinus, aut prorsus *ἡμετέριον* loquitur, dum Roftra ista ait posita fuisse in campo Romano; aut, quod probabilius est, prorsus ignorauit uerum Roftrorum illorum situm, cum Rhetor ille Gallicus fortasse nunquam uiderit Romam. Potius Roftra illa fuere in foro Romano, ubi adhuc A. Chr. 356, *Constantius Augustus*, referre



Roftra campi nouis *ornetis* exuuiis, et oblitos iam Quirites in memoriam reducatís, cur ille folennis concionibus locus ROSTRA uocitetur. Digna enim magna  
 6. certaue fiducia, digna eft hac quoque gloria, PIETAS ueftra, et poteft eam praeftare FELICITAS.

rente Ammiano Marcellino, *lib. XVI, cap. X, Romam ingreffus, Imperii uirtutumque omnium larem, cum ueniffet ad ROSTRA, perfpectiffimum prifcae potentiae FORVM obftupuit.* Erat fcilicet tribunal, fiue fuffeftum, in foro Romano columnis fuperftructum, et ab anteriore parte ROSTRIS nauium quondam captarum adornatum, in quod per gradus confcendebant ii, quibus, pro ea, quam habebant, poteftate, conciones habere licebat. Et ille locus inde nomen ROSTRORVM accepit. Conferatur difsertatio *de Roftris fori Romani, loco concionibus folenni*, a C. C. Fabricio, fub praefidio meo, habita. Haud fecius ignorauit Mamertianus ueram iftorum Roftrorum originem; dum ea ad bella Punica, aut bella cum Afiae Syriaeque Regibus gefta, refert. Tribunal autem illud concionibus folenne nomen *Roftrorum* demum anno Urbis conditae CCCXVI retulit, cum C. Maenius in fuo confulatu Antium Volfeorum, urbem maritimam expugnauit; et ex nauium captarum roftris fuffeftum illius tribunalis in foro extructum ornauit. Id quod teftatur Liuius, *lib. VIII, cap. 15*; Florus, *lib. I, cap. 11*; Plinius, *hiflor. nat. lib. XVI, cap. 4*; et *lib. XXXIII, cap. 5*. Anonymus Scholiaftes, quem Graeuus annotauit ad Ciceronis orationem pro lege Manilia, *cap. XVIII*: *Primum*, inquit, *populus Romanus contra Antiates bellum gefit, et duodecim captis nauium roftris forum ornauit; non, ut imperiti dicunt, Carthaginienfium nauibus.*

249. *Nouis ornetis exuuiis.* Antehac in omnibus huius panegyrici exemplaribus impreffis, quae nobis innotuere, editum eft: *Nouis ornentur iis exuuiis*; Soli, Cufpinianus et Patarolus omifere pronomen, *iis*. Liuius, et Acidalius, in notis, coniecere, legendum effe, *nouis ornetis exuuiis*. Et, ecce, hanc felicem coniefturam luculento fuffragio corroborat codex nofter; corroborant et alii codices a Gudjo obseruati! Credas uero, Mamertinum in his uerbis Ciceronem ante oculos habuiffe, ut qui pro lege Manilia, *cap. 18*, Roftra ita uocat locum exuuiis nauticis et claffum fpoliis ornatum.

250. *Hac quoque gloria.* Quidam pro hac edidere haec; non nulli pronomen hoc prorfus praetermifere. Bene fe habet recentiorum lectio, haec; quae etiam confenfu codicis noftri adiuuatur.

FINIS PANEGYRICI GENETHLIACI MAMERTINI.



## COROLLARIA.

- I. *Imprudencia et error paciscentis, in quo quis sua uersatur culpa, pactum non reddit irritum.*
- II. *li uenia digni sunt, qui innocentem, fugam, aut defensionem, sine qua mors euadi non potest, impediturum obterunt.*
- III. *In collisione officiorum, ea, quae recte omittuntur, non uiolantur, sed obligare desinunt.*
- IIII. *Qui urgent tempore Noui Testamenti obligationem uotorum, illi uidentur urgere et confirmare quandam ἐδέχθησαν τὸν ἰσχυρισμὸν.*
- V. *Bene b. Lutherus, T. I operum Latin. Ienens. f. 491: Ego, inquit, pro meo iudicio optarem, ut apud christianos nihil prorsus esset uotorum.*
- VI. *In diuinioribus literis Noui Testamenti, neque mandatum, neque promissio diuina, neque exemplum, reperitur, unde constet, uotis faciendis DEVM uere coli, ac propitiari.*
- VII. *Leges naturales sunt proprie dictae leges.*

## GRATVLATIONES.

**S**ic Mamertini facundi oratio tandem  
Consequitur finem, lumine clara nouo.  
Omne tu faulto, Musarum strenue cultor,  
Principium laudis materiemque tenes.  
Hoc si doctrinae stadium decurrere perges,  
Quanta tui studii gratia, finis erit!

Pereximio atque industrio  
diuinorum humanorumque literarum cultori,  
DOM. AVG. MART. LVDVVIGIO,  
exoptatos diligentiae uirtutisque fructus  
apprecatur

C. G. SCHVVARZIVS.

Geliebter



**G**liebter Freund! Dein muntres Fleis,  
Der schon im Frühling Früchte zeigt,  
Ist von der Wahrheit ein Beweis,  
Wie Du das Ziel so früh erreichst,  
Nach welchem mancher lauft und ringet,  
Doch, weil er sich faumseelig schwinget,  
Das Kleinod andre nehmen sieht,  
Wornach er sich verkehrt bemüht.

Fahr ferner fort und säume nicht,  
Verdopple künfftig Dein Bemühen:  
So läßt die Hoffnung Dich vergnügt  
Von uns hinweg nach Halle ziehen;  
Die Hoffnung, die auch mich erfreuet,  
Den jene Freundschaft nie gereuet,  
So zwischen uns den Bund gesetzt,  
Der bis hieher blieb unverletzt.

Hiermit suchet dem Wohlgelehrten Herrn Respondenten bey der öffentlich  
abgelegten Probe seines Fleises, seine Freude und Wünsche zu entdecken,  
**C. M. Schmidbauer, aus Nürnberg.**  
der Gottesgelahrtheit Beförderer. Oppon.

**D**ie Freundschaft fordert gleiche Triebe,  
Drum schweige ich nicht gänzlich still,  
Und mach ich gleich der Wort nicht viel:  
So weist Du doch, daß ich Dich liebe.  
Ich freue mich, da Du Dich zeigst,  
Und heut auf den Catheder steigst;  
Bemüht Dein Fleis noch ferner sich,  
So wartet ganz gewiß Lob, Ehr und Ruhm auf Dich.

Dem Wohlgelehrten Herrn Respondenten, als seinem Werthgeschätzten  
Herrn Vetter, hat zu der mit vielem Ruhm abgelegten Probe  
seines Fleises durch diese Zeilen seinen Glückwunsch abblatten wollen  
**C. C. Solger, aus Welsden,**  
der Rechte Beförderer. Oppon.

**M**varum cultor noctesque diesque labore,  
Iactar apum studii mella favumque fruatur.  
En labor est tenuis, sed maxima dona laboris!  
Quis parat hoc? quaeris: quis? nisi solus amor.  
Qui monet, ut facias, quod iam facis; ille monendo  
Laudat, et innumeras iam TIBI spondet opes.

Hactenus NOBILISSIMO DOCTISSIMOQUE DOMINO RESPONDENTI  
AMICO SVO ET COGNATO AESTVMATISSIMO  
gratulationis ergo apposuit fausta quacvis appreciatis  
**L. RINDER, Theol. Cult. Oppon.**



Q 3949 \* 8


Q 3949 Q

X 266 59 38

Retro V

Ant.









7 5

OBSERVATIONVM PHILOLOGICARVM  
AD  
CLAVDII MAMERTINI  
PANEGYRICVM GENETHLIACVM  
MAXIMIANO AVG. DICTVM

PARS QVARTA

QVAM

*SVB PRAESIDIO*

CHRISTIANI GOTTLIB. SCHVVARZII  
COM. PAL. CAES. ACAD. ALTORF. SENIORIS ET P.P.

II MART. A. S. R. CIO IO CCXXXVIII

*IN CIRCVLO ACADEMICO EXCVTIENDAM  
PROPONIT*

AVGVSTVS MARTINVS LVDVVIG  
NORIMB.

PHIL. ET S. S. THEOL. CVLTOR.

---

*ALTORFII NORICORVM*  
TYPIS IO. GEORGH MEYERI ACAD. TYPOGR.

5-1